



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei Matrem Mariam Pietas

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

Hevenesi, Gábor

Coloniæ Agrippinæ, [ca. 1708]

XXVII. Junii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50961](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50961)

S. Ladislaus Rex & miles Marianus, gladio simul & rosario manum contra hostes pugnaturus armavit, suisque prætulit: semper victor. In loco igneis cervi cornibus designato Basilicam Deiparæ Varadini condidit, quod corpus ejus exanime sine ullis vectoribus prosperavit. *In vita.* Nihil miror, quod filius sponte suâ currat ad Matrem.

S. Ladislæ, qui semper cœlo & Mariæ curæ fuisti, ora pro me ut salutem meam curet Mater Dei, neque animam meam de corpore sinat egredi, nisi per Dei misericordiam reconciliata sit, ut secura evolare possit in conspectum hujus Matris. O Sanctissima Dei, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus extoto corde, omnibusque tam corporis, quam animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, tibi &c. *fol. 2.*

Ad quod impetrandum, cur non saltem semel acturus aut scripturus aliquid, Brachio rosarium obvolvam pro felici successu.

Gratis desidero, gratis affecto colere, benedicere & prædicare Mariam, beatam & beatificandam per omnes generationes. *Gerfon. 10. 3. in magn.*

Quæstio: Plusne amoris in Deiparâ exhibuerit Divus Ladislaus vivus, an mortuus?

XXVIII.